

TYPOGRAPHVS LECTORI.



VID à nobis in hac editione sit præstitum, Lector bene-
uole, te lectio ipsa docebit : huc tantum adiciere visum
est eorum auctorum nomina, quorum accesserunt ad ve-
tera scholia, commentarij : & quorum ex Doctissimo-
rum virorum iudicio interpretationem sequuti sumus.
Ac primùm quidem Odoardi Biseti Carlæi perpetua
sunt in vndecim Comædias scholia, diligentia tamen & labore Clarissi-
mi doctissimique viri D. Æmylij Francisci Porti Cretensis filij, ex illius
autographo exscripta & in ordinem digesta.

Accesserunt Caroli Gerardi in Plutum: Q. Septimij Florentini Christia-
ni in Vespas, Pacem, & Lysistratam : Bourdini in Cereris sacra operantes
commentarij.

Interpretationem porrò sequuti sumus Nicodemi Frischlini, in Plu-
tum, Nubes, Ranas, Equites, & Acharnenses. Quinti Septimij Florentis
Christiani in Vespas, Pacem & Lysistratam.

Andreas Diui Iustinopolitani in Aues, Concionantes, Cereris sacra o-
perantes.

Notas porro quasdam, quarum in scholiis aliquando fit mentio, qui-
bus vel Actus, vel Strophæ vel Parabases vel Epirrhemata distinguuntur,
aut vox aliqua notatur impropria, quales sunt x. > & similes, non adhi-
buimus, quòd in hac editione satis diligenter vel Actus vel Strophæ di-
stinguantur. Tu igitur nostris studiis faue, & laboribus vtere, frueri. Vale.

In mpxa organu 32.